UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Baptismus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER II.

B.

Balneum.

BAlnei Etymologias varias & deſcriptiones continet Etymologicum trilingue Lugduni editum, *pag.124.& 125.*

¶ Sentent. Poetic.

Homer.Odyſſ.θ. de voluptatibus ac delicijs Phæacenſium.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τ' χοροί τε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί. id eſt:

At ſemper cordi nobis epulæq́ʒ choriq́ʒ,
Cantusq́ʒ & variæ veſtes, & balnea calda,
Concubitusq́ʒ.

Ex antholog.Græcorum Epigram.lib. 4. Tit.
In Balnea Agathiæ Scholaſtici.

Νῦν ἔγνων κυθέρεια πόθεν νικήσας ἀγῶνα,
Τὴν πρὶν Ἀλεξάνδρου ψῆφον ἀφαρπαμένη.
Ἐνθάδε γὰρ τέγγουσα θεὸν δέμας εὕρες ἐλέγξαι
Ἥρην Ἰναχίοις χεύμασι λουσαμένην.
Νίκησεν τὸ λοετρὸν ἔοικε δὲ τοῦτο βοώσῃ
Παλλὰς, ἐνικήθην ὕδασιν, οὐ παφίῃ. Hoc eſt:

Iudice ſub Phrygio quare Cytherea quondam
Viceris, & qua ſors fraude parata ſcio.
Vos corpus roraſtis aquæ, reginaq́ʒ cæli,
Arguitur lymphis Inache lota tuis.
Ergo lauacra ferunt palmam, Pallasq́ʒ videtur
Dicere non Paphiæ ſed retuliſtis aquæ.
Plura Vide eodem tit.lib.4.anthol.Græc. Epigram.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Balneæ calidæ cur ſacræ habentur? quia ſulfure atque fulmine rebus ingenuè ſacris proueniunt. *Ariſt.problem.ſect.24.q.19.*

Balneum cur alij ſitibundi ingreſſi extincta ſiti egrediuntur, alij contra? qui ſunt habitu ſicciori, ſiti balneo humefacti abſoluuntur, maximè ſi non habeant penitus ſiccitatem: at qui humidiores ſunt, & ſiti omni vacantes, ijs humor per ſudorem abſumitur, itaq; ſitis creatur, quæ ſiccitate oriri ſolet. *Alex.Aphro.probl.pri.q.41.*

Balneum cur non præcipimus ijs, qui febre continua iam laborare deſinunt? Quoniam materiæ noxiæ, crudæ craſſæq; adhuc conſtant, & corpore abſolui nondum patiuntur, & quantum materiæ vtilis ſit, id tenue & liquidum ſubſtat, ne igitur balnei calor prius vtilem partem trahat & tenuem, abſtinendum à balneo, nec per id tempus tantum, quo morbus minuitur, verum etiam quo incipit, & omnino quo materia minus concocta eſt. *Ibidem problem.2.q.84.*

¶ Apophthegmata.

Diogenes ingreſſus aliquando ſordidum balneum, dicebat; Qui hîc lauant, vbi lauantur? Significabat, illic homines puros ſordidari, & ibi lotis opus eſſe alio balneo quo mundarentur. *Laert.l.4.*

Stratonicus, quum videret ſacellum, malo ſordidoq́; balneo vicinum, anathematibus pulchrè exornatum, poſteaquā è balneo exijt malè lotus; Non miror, inquit, multas pendere tabulas. Quiſquis enim hîc lauit, illic ſuſpendit tabulam, veluti ſeruatus. Indicans magnum eſſe, ſi quis è tali balneo exiſſet incolumis. *Athenæus.*

Idem, quum in Arcadia malam terram ac ſalſam aquam balneator exhiberet, iocatus eſt, ſe terra mariq; obſideri, Apparet in balneis terræ fuiſſe vſum, qui nunc eſt fullonibus. *libr.6.apoph.*

¶ Exempla Historica.

Memoriæ proditum eſt ab Ibyco, calida lauacra inuenta ab Hercule, quibus ille diuturno labore defeſſus plurimum vteretur, quæ ſibi à Vulcano fuerint indicata. At alij, inter quos Piſander, ea Mineruæ benignitate Herculi monſtrata diuinant. *Natal. Comes Mythol.l.7.c.1.*

Mecænas, Romæ primus aquæ calidæ balneum [...] tur in vſum populi Romani. *Dion.in Auguſto.*

M. Agrippa, vt populo placeret, CLXX. balnea [...] uinciarum formam Romæ gratuita præbuit: in qu[...] prius abluerent, poſtea vt à balneis corpora multa [...] rent, conſtitutum ferunt. *Alex.l.4.c.20.*

M. Antonius Imp. ob popularem gratiam balneum [...] de exhibuit, cum antea ſinguli quadrantem expromen[...] *dius.*

Alexander Seuerus Imp. ne quid populo incomm[...] cturna balnea, oleo pro luminibus præbito, conceſſi[...]

Antonius Caracalla, thermas ſuo inſignes nomine [...] rum cellam ſolearem, id eſt, in qua forent balneo de[...] gant Architectonicæ conſulti, vlla poſſe exprimi imi[...] ex ære vel cupro cancelli fuere ſuperpoſiti, quibus [...] concredebatur tota. *Cælius l.30.c.17.Antiq.lect.*

Tacitus Imper. domum ſuam eſt demolitus, vt ther[...] blicas priuato ſumptu extrueret. *Cuſpinianus.*

Diocletianus Romæ, Maximianus Carthagine the[...] runt. Romanorum admiranda in hunc vſq; diem ve[...] ſam animi Diocletiani vaſtitatem quandam oſtende[...] nus ſuas ita curauit perficiendas, vt propterea Chri[...] admodum habuerit: cum eos & lapides cædere, & a[...] peris eius cauſa coëgerit. Quod in vetere S. Marcell[...] inuenitur. Maximianus item alteras Mediolani the[...] xit, quæ Herculeæ Thermæ, ſiue lauacrum Hercule[...] Quarum meminit Auſonius *lib.1.Occid. Imp.7.*

Theodoricus Oſtrogothorum rex, in Italia Aponi baln[...] agro Paduano, muro clauſit, ædesq́ue balneis appoſu[...] dius frequentarentur. *Caſſiodorus.*

Tanta Romanæ verecundiæ obſeruatio & morum [...] re, vt nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum gene[...] dosq́ue conſpicere parentes ducerent nefas. *Alex.ab A[...] ex Val.lib.2.c.1.*

Conſuetum illud veteribus Rom. fuit, vt vel nobi[...] eo fungerentur officio, vt loca balnearum intrarent, [...] receptabant, exigerentq; munditias, & vtilem ac ſal[...] raturam: non hanc (inquit Seneca) quæ nuper inuen[...] incendio, adeo quidem vt conuictum in aliquo ſceler[...] vitum lauari oporteat: nihil enim iam videtur intereſſe [...] neum, an caleat. *Cælius l.30.c.9.*

Carolus Magnus delectabatur vaporibus aquarum [...] calentium frequenti natatu ſe exercens: cuius adeo p[...] nullus cum illo certaret. Ob hanc etiam Aquiſgrani [...] xit, ibiq; extremos vitæ annos clauſit. *Cranzius l.2.S[...]*

Lacones perpetuo agebant ſine tunica, ſqualidi c[...] neis & vnctionibus ferè abſtinentes præterquam pauc[...] annum. *Plutarch.in Lacon.*

Dardanenſes Illyrides ter ſolummodo per vniuerſ[...] uantur: poſt partum: cum nuptias ineunt: & cum [...] runt. *Ælian.de var.hiſtor.*

Baptiſmus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

BAptismvs, Græcè, βαπτισμὸς, ὁ, dicitur à [...] Hebr. *Tabal*, verbum ſignif. tinxit, immerſit ex pa[...] eſt ablutio hominis aliqualiter conſentientis, fa[...] aqua, ſimul verba certa cum intentione debita profer[...] cans efficaciter ex inſtitutione diuina ablutionem an[...] to, *ſecundum Ioan.Scotum in 4.ſent.diſt.3.q.1.*

Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior, facta ſub for[...] pta verborum, *ſecundum Magiſt.Sen.in 4.diſt.3.*

Baptiſmus eſt quoddam principium ſanctiſſimorum [...] rum, ſacrarum actionum, & aliorum diuinorum [...] ad ſuſceptiuam opportunitatem formans noſtros an[...]

…qui ſ is anagogen iter noſtrum faciens, ſacræ & di… …regenerationis traditio. *ſecundum Dionyſium c.2.* …*Hierarchia.*

…eſt per quem primitias ſpiritus accipimus, & princi… …vitæ, vt ſit nobis regeneratio & ſigillum & cuſtodia & … *ſecundum Ioannem Damaſcenum 4. Sen. & B. Tho.4.* …*q.1.art.1.*

…dicitur à βαπτίζω, quod eſt immergo.

¶ Loci Biblici.

…eſt teſſera, ſiue exemplar noſtræ regenerationis, *Rom.* …ſpiritualis reſurrectionis, *v.4.5.* ſymbolum ſanctifi… *Epheſ.5.26.* Baptiſma, ſacramentum eſt, *Epheſ.4.5.* figura… Noa, *1.Pet.3.v.20.21.* à Chriſto inſtitutum & præce… *Matth.28.29. Marc.16.v.16. Ioan.3.22.* pœnitentiæ ſymbolum …& lauacrum regenerationis, à fine, quia eo nos ducit, …*Tit.3.5.* fidei ſigillum. *Matth.28.19. Marc.16.v.16.* …*8.v.37.38. & 10.v.47.48. & 16.v.14.15. 30.31.32. 33.34. &* …mortificationem noſtram, *Rom.6.3.* peractam Chri… …& reſurrectionem, *verſ.7.* Stipulatio bonæ conſcientiæ *…Petr.3.21.* id eſt, obligatio mutua Dei & hominis baptiſa… …teſtantis ſe recipere perſonam baptizatam in gra… …vero baptizatæ, dantis fidem Deo, quod rite eum co…

…fructus, ſeu finis duplex: Remiſſio peccatorum, *Act.* …*2.* …Renouatio ſeu Regeneratio, *Act.2.38. Coloſſ.2.11.* …hæ phraſes: Baptizari in mortem Chriſti, pro percipe… Chriſti vim, extinguendo peccatum, *Rom.6.3.* Baptizari in Chriſtum, pro, cum Chriſto coaleſcere, aut baptizari, vt …per baptiſmum coaleſcentes, vim ipſius percipiamus …peccatum, & creando nouo homine, *Rom. 6.3. Gal 3.* …in nomine, vel nomen Ieſu Chriſti, eſt Chriſto per ba… …nomen dare, Chriſtoque nos conſecrare, cuius mortis, & …reſurrectionis ſimus participes in baptiſmo, cum pecca… …miſſione, *Act.2.38. & 8.16. & 19.5.*

…infantibus minime negandum, *Geneſ.17.14. Exodi 4.* …*Matth.11.28. & 18.14. & 19.13. Marc.10.14. Luc.18.15.* …*v.39.41. & 16.v.15.33. & 18.8. 1.Cor.1.16. & 7.14. & 10.* …*Timoth.2.4. Heb.6.2.* Baptizata integra domus, *1. Cor.1.* …*& 18.8.*

…mum impugnant Anabaptiſtæ ex *Matth. 28. 19.* …*16.v.15.16.* Baptiſmatis forma *Matth. 28. 19.* Baptiſma …*Epheſ.4.5. Hebr 6.4. & 10 26.* idem Circumciſionis …mentum declarat, cur Baptiſmus ſucceſſit, *Gen. 17.1.*

¶ Sententiae Bilicae.

…me ad portam domus, & ecce, aquæ egrediebantur …domus ad orientem. *Ezech.47.*

…tur & viuent omnia, ad quæ venerit torrens. *ibid.*

…ſe in fonte aquæ. *Iudic.12.*

…aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te. *Ezech.16.*

…ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab o… …iquitatibus veſtris, & ab idolis veſtris mundabo vos. *ibi-*

…anima viuens, quæ ſerpit, quocunque venerit torrens, vi… …*47.*

…egreditur de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpina…

…patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ab… …peccatoris & menſtruatæ. *Zach.13.*

…bantur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua. *Matt.3.*

…vos aqua in pœnitentiam (*& infra*) ipſe vos bapti… …Spiritu ſancto & igne. *ibidem.*

…in mundum vniuerſum, docete omnes gentes, baptizan… …nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Matth. vlt.*

…diderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, *Marc.16.*

…autem cum baptizaretur omnis populus, Ieſu bapti… …apertum eſt cœlum, & deſcendens Spiritus ſanctus …ſicut columba in ipſum, & vox de cœlo facta eſt, tu …dilectus, in te complacui mihi. *Luca 3.*

…baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius ba…: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in … *Rom.6.*

…Moſen baptizati ſunt in nube & mari. *1.Cor.10.*

…ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus. *ibi.12.*

…in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

…vnum baptiſma. *Epheſ.4.*

…Eccleſiam (*& infra*) mundans eum lauacro aquæ in ver… *ibidem 5.*

…ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem ope… Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. *Coloſſ.2.*

…nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis …ſancti. *Tit.3.*

Abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. *Hebr.10.*

Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. *Act.2.*

In arca pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. *1. Petri 3.*

Reſpondit Ieſus: Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: quod natum ex ſpiritu, ſpiritus eſt. *Ioannis 3.*

¶ Sententiae Patrvm.

Detrahe verbum ab aqua, quid erit niſi aqua? Accedat verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud eſt virtus manens. *Auguſtin. in hom. 80. & habetur 1.q.1. Detrahe.*

Si quem forte coegerit extrema neceſſitas, & vbi catholicum, per quem accipiat, non inuenerit, & in animo pacem catholicam cuſtodiens, per aliquem extra vnitatem catholicam poſitum acceperit, quod in ipſa erat catholica vnitate percepturus, ſi ſtatim & de hac vita migrauerit, non eum niſi catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus, cum ſe catholicæ congregationi etiam corporali præſentia reddiderit, vnde nunquam corde diſceſſerat, non ſolum non improbamus quod fecit, ſed & ſecuriſſime veriſſimeque laudamus: quoniam præſentem Deum credidit corde ſuo, vbi vnitatem ſeruabat: & ſine ſancti Baptiſmatis ſacramento, quod vbicunque inuenit, non hominum, ſed Dei eſſe cognouit: noluit ex hac vita migrare. *Idem lib. 1. de vnico baptiſ. & habetur 24.q. Si quem.*

Oſtenditur illos impie facere, qui rebaptizare conantur. *Ibidem lib.2. & hab. de conſec. diſt.4. Oſtenditur.*

Nunc autem non ſicut hæreſis hæreticorum eſt, ſic error ipſorum eſt: ſicut etiam ſacrilegium diſſenſionis eſt eorum, ſic etiam baptiſma, quod Chriſti eſt, non debet dici ipſorum. *ibid. l.3. & hab. ibidem. Nunc autem.*

Satis oſtendimus ad baptiſmum, quod verbis euangelicis conſecratur, non pertinere cuiusquam dantis, vel accipientis errorem, ſiue de Patre, ſiue de Filio, ſiue de Spiritu ſancto aliter ſentiat, quam cœleſtis doctrina inſinuat. *ibidem lib. 4. & habetur ibidem, Satis.*

Baptiſmi vicem aliquando implere paſſionem de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo, beatus Cyprianus non leue documentum aſſumpſit: quod etiam atque etiam conſiderans inuenio, non tantum paſſionem pro nomine Chriſti id, quod baptiſmo deerat poſſe ſupplere, ſed & fidem confeſſionemque cordis: ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt. Neque cum latro ille pro nomine Chriſti crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorum ſuorum. Neque, quia credidit, paſſus eſt, ſed dum pateretur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam ſine viſibili ſacramento baptiſmi, quod ait Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: in illo latrone declaratum eſt. *Idem ibidem, Baptiſmi vicem.*

Cum tantum valeat baptiſmus per hominem contemptibilem, quantum per Apoſtolum datus: ita nec illius, ſed Chriſti eſſe cognoſcitur. *Auguſt. de vnico baptiſ. & habetur de Conſe. diſt. 4. Cum tantum.*

Non eſt aqua prophana & adultera, ſupra quam nomen Dei inuocatur, etiamſi à prophanis & adulteris inuocetur: quia nec ipſa creatura adultera eſt, nec ipſum nomen adulterum eſt. *Aug. ibidem l.9. & hab. ibidem, Non eſt.*

Illa certa verba Euangelica, ſine quibus non poteſt baptiſmus conſecrari, tantum valent, vt per illa ſic euacuentur, quæcunque in prece vitioſa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Chriſti nomine excluditur. *Augu. ibdem, & hab. ibidem, Si non.*

Solet etiam quæri, vtrum approbandum ſit baptiſma, quod ab eo, qui non accepit, accipitur: ſi forte hoc aliqua curioſitate didicit, quo modo dandum ſit: & vtrum nihil interſit, quo animo accipiat ille, cui datur: an cum ſimulatione, aut ſine ſimulatione. Si cum ſimulatione, vtrum fallens ſicut in Eccleſia, vel in ea, quæ putatur Eccleſia: an iocans, ſicut in mimo. Verumtamen ſi quis me forte in eo conſilio conſtitutum, vbi talium rerum quæſtio verſaretur, non præcedentibus meritis, quorum ſententias ſequi mallem, vrgeret, vt dicerem, quid ipſe ſentirem: Si eo modo affectus eſſem, quo eram dum ea dictarem, nequaquam dubitarem, habere baptiſmum eos, qui vbicunque, & à quocunque illud verbis Euangelicis conſecratum ſine ſui ſimulatione, & cum aliqua fide accepiſſent: quanquam ad ſalutem ſpiritualem eis non prodeſſet: ſcilicet ſi charitate caruiſſent, qua catholicæ inſeruntur Eccleſiæ. Si enim habeam fidem vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. *Auguſt. ibidem lib. 8. & habetur de Conſ. diſt. 4. Solet etiam.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nullus autem negat habere baptiſmum etiam apoſtatas: quibus vtique redeuntibus & per pœnitentiam conuerſis non redditur: qui amitti non poſſe iudicatur: ſicut & illi, qui in ſacrilegium ſchiſmatis ab Eccleſiæ communione diſcedunt, habent vtique baptiſmum, quem priusquam diſcederent, acceperint. *Idem lib. de bapt. & hab. de Conſ. diſt. 4 Nullus.*

Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem vel ſuper aquam baptiſmi, vel ſuper oleum, vel ſuper Euchariſtiam, vel ſuper capita eorum, quibus manus imponitur: quæ tamen omnia & fiunt, & valent etiam per homicidas, aut per eos, qui fratres oderunt, etiam in ipſa intus Eccleſia, cum nemo dare poſſit, quod non habet. quomodo homicida dat Spiritum ſanctum, & tamen intus etiam ipſe baptizat? Deus ergo dat etiam in ipſo baptiſmate Spiritum ſanctum. Quapropter ſacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos: ipſam vero gratiam non niſi per ſeipſum, vel per ſanctos ſuos. Et ideo remiſſionem peccatorum vel per ſeipſum facit: vel per eius columbæ membra, quibus ait: Si cui dimiſeritis peccata, dimittentur: & ſi cui retinueritis, retenta erunt, *Ibidem cap. ſequenti, Quomodo.*

Eſt vnitas Eccleſiæ, quæ late patet, in ſacramentorum videlicet ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis etiam paleas: quando eas corporaliter miſtas ita patitur, vt neque illas iuſti vitent, neque ab illis iuſte vitentur. Sic ſunt in Eccleſia homines mali, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore. *Idem ibidem. Eſt vnitas.*

Cum pro paruulis alii reſpondent: vt impleatur erga eos celebratio ſacramenti, valet vtique, ad eorum conſecrationem: quia ipſi pro ſe reſpondere non poſſunt: ſi pro eo qui reſpondere poteſt, alius reſpondeat, non itidem valet. Ex qua regula illud Euangelii dictum eſt, quod omnes, cum legitur, naturaliter monet, Ætatem habet, ipſe pro ſe loquatur. *Idem ibidem, Cum pro.*

Non intereſt cum de ſacramenti integritate tractatur & ſanctitate quid credat, aut quali fide imbutus ſit ille, qui accipit ſacramentum. Intereſt quidem plurimum, ſed ad ſalutis viam: ſed nihil intereſt ad ſacramenti quæſtionem. *Idem ibidem, & hab. de Conſ. diſt. 4. Sicut in Sacramentis, §. Non intereſt.*

Si poſſet fieri, vt ſinguli diligenter interrogarentur, tot diuerſitates opinionum forſitan inuenirentur, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Nunquid tamen non ideo ſacramentum integrum accipiunt: aut nunquid ideo ſi profecerint, & opinionum carnalium vanitatem emundauerint, denuo, quod acceperant, repetendum eſt? Accipit quisque ſecundum fidem ſuam, ſed quantum capit gubernante miſericordia Dei. *Idem ibidem, §. Si poſſet.*

Per Baptiſmum Chriſti id agitur, vt caro peccati euacuetur. Non autem ſic euacuatur vt in carne concupiſcentia innata non ſit, ſed ne obſit. Nam ſi poſt baptiſmum ad ætatem naturalem perueniunt, ibi habent cum qua pugnent, eamq́ue, adiuuante Domino ſuperent: ſi non gratiam in vacuum ſuſceperint. *Idem ibidem per baptiſmum.*

Filius Dei carnem peccati ſuſcepit, & pœnam ſine culpa, vt in carne peccati & culpa ſolueretur & pœna. Per fidem ergo & baptiſmum eius à peccato homo per iuſtificationem, & à morte liberatur per reſurrectionem. Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per ſacramenti virtutem, & offerentium reſponſionem. Qui vero non ſunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Idem ibidem, Filius.*

Si baptizata eſt caro Chriſti, quæ ſine peccato erat, propter exemplum imitationis: quanto magis baptizanda eſt caro mortis, propter euitandum iudicium damnationis? *ibidem, & hab. de conſe. diſt. 4. Si baptizata.*

Regenerante autem carne, tantummodo contrahitur peccatum originale: regenerante autem Spiritu ſancto non ſolum originalium, ſed etiam voluntariorum, fit remiſſio peccatorum. Proinde recte poteſt dici, paruulos ſine baptiſmo decedentes mitiſſimam omnium futuros ſuſtinere pœnam. Fallit enim, fallitur, qui eos in damnatione prædicat non futuros, dicente Apoſtolo, Per vnius delictum omnes homines in condemnationem, &c. *Idem ibidem, Regenerante.*

Quisquis ex concupiſcentia carnis & lege peccati & mortis carnaliter generatur, regenerari ſpiritualiter habet opus: vt non ſolum ad regnum Dei perducatur, ſed etiam à damnatione peccati liberetur. Sicut enim per primum hominem in peccato & morte naſcuntur: ſic etiam per Chriſtum in iuſtitia & vita æterna in baptiſmo renaſcuntur: *Idem ibidem, Quisquis.*

Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum originali peccato naſci impietati ſubditum mortique ſubiectum. Et ob hoc naturaliter iræ naſci filium, de qua dicit Apoſtolus: Eramus enim natura filii iræ, ſicut & cæteri, à qua ira nullus liberabitur, niſi per fidem mediatoris hominis Ieſu Chriſti. Firmiſſime tene, non ſolum homines ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui ſiue in vteris maternis viuere incipiunt, & ibi moriuntur: ſiue iam de matribus nati ſine ſacramento baptiſmi, quod datur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, de hoc ſæculo tranſeunt: [...] puniendos: quia etſi peccatum propriæ actionis [...] originalis tamen peccati damnationem carnali conce[...]tiuitate traxerunt. *Aug. ad Petrum Diaconum, & [...] diſt. 4. Firmiſſime.*

Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, extra Eccle[...]tis, ſi ad Eccleſiam nō redierint baptiſmo cumulari pe[...]tum etiam valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio [...] baptiſmo non ſaluetur, cum ibi non datur, vbi op[...] *Ibidem, & habetur 1. q. 1. Firmiſſime.*

In neceſſitate cum Epiſcopi, aut presbyteri, aut [...]ſtrorum non inueniuntur, & vrget periculum eius [...]ne illo ſacramento hanc vitam finiat, etiam laicos [...]cramentum, quod acceperunt, ſolemus audire. *Aug. [...]tum, & habetur de Conſ. diſt. 4. In neceſſitate.*

Sanctum eſt baptiſma per ſe ipſum, quod datur [...] Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ita vt in eodem [...] iam authoritas traditionis per Dominum noſtrum [...]ſtum ad Apoſtolos: per illos autem ad epiſcopos & [...] etiam laicos Chriſtianos ab eadem origine & ſtirpe [...] *ibidem, cap. Sanctum.*

Catechumenum quamuis in bonis operibus de[...] habere non credimus, excepto duntaxat, niſi marty[...]cramentum. *Aug. ibid. cap. Catechumenum.*

Quamuis vnum baptiſma ſit & hæreticorum, [...] qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti bap[...]ſiæ catholicæ: tamen qui foris Eccleſiam baptizan[...] baptiſmum ad ſalutem, ſed ad perniciem, habentes [...]mam ſacramenti, virtutem autem eius abnegantes. [...] *ſium lib. 2. & habetur ibid. cap. Quamuis.*

Non illud te moueat, quod quidam non ea fide [...] percipiendum paruulos offerunt vt gratia ſpirituali [...]nerentur æternam: ſed hoc eos putant remedio tem[...]re vel recipere ſanitatem. Non enim propterea illi [...]tur, quia non ab iſtis hac intentione offeruntur. *Au[...] Bonifacium, & ibidem, ca. Non illud.*

Nulli eſt aliquatenus ambigendum, tunc vnumquem[...] corporis, ſanguinisque Domini participem fieri, [...]ſmate membrum Chriſti corporis efficitur. *Aug. [...] ca. Nulli.*

Non dubito catechumenum catholicum diu[...]grantem hæretico baptizato anteponere. *Idem lib. [...] hab. de Conſ. diſt. 4. Non dubito.*

Rebaptizare hæreticum hominem, qui hæc ſancti[...]gna ſuſceperit, quæ Chriſtiana tradidit diſciplina, [...]tum eſt. Rebaptizare autem Catholicum, immani[...] eſt. *Idem in epiſt. ad Max. & hab. de Conſ. diſt. 4. Reba[...]*

Ex quo inſtituta eſt circumciſio in populo Dei: [...] ſignaculum fidei, iuſtitiæ Dei: ad ſanctificationem [...]lebat paruulis originalis veterisque peccati, ſicut & [...] illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo [...] *Auguſt. ad Valerium contra Iulianum, & habetur [...] Ex quo.*

Si inter bonos miniſtros, cum ſit alius alio melior [...]lior baptiſmus, qui per meliorem datur, quando [...]datur: nullo modo malus eſt, qui etiam per malum [...] idem baptiſmus datur. Et ideo per miniſtros diſpar[...] æquale eſt, quia non illorum: ſed eius eſt. *Aug. contra [...] Grammaticum, & hab. de Conſ. diſt. 4. Si inter.*

Sicut noſtis fratres chariſſimi, paruuli exſufflantur [...]tur, vt pellatur ab eis Diaboli poteſtas inimica, qu[...]nem, vt poſſideret homines. Non ergo creatura [...]cizatur aut exſufflatur: ſed ille ſub quo ſunt, qu[...]ſcuntur. *Aug. de ſymbolo, & hab. de Conſ. diſt. 4. Sicut [...]*

A paruulo recenter nato, vsque ad decrepitum ſe[...]lus prohibendus eſt à baptiſmo: ita nullus eſt qui [...]riatur in baptiſmo: ſed paruuli tantum originali, [...] omnibus etiam moriuntur peccatis, quæ male [...]runt originali. *Aug in Enchiridio & habetur de Conſ. [...]uulo.*

Non regenerabantur vel renaſcebantur, qui bap[...]ſmo Ioannis, ſed quodam præcurſorio illius mini[...]bat. Parate vitam Domino Chriſto, in quo ſolo renaſ[...]parabantur. Huius enim baptiſma eſt, non in aqua [...] Ioannis) verum etiam in Spiritu ſancto, vt de illo [...] quis in Chriſtum crediderit, de iſto Chriſtus rege[...]nerationem non cognouit, in aqua baptizari volui[...]quitas dilueretur, ſed humanitas commendaretur. [...] in eo nihil habuit, quod ablueretur, ſicut mors nihil [...]puniret, *Auguſt. in Enchiridio, & hab. de Conſ. diſt. 4. [...]rabantur.*

Verus baptiſmus conſtat non tam ablutione corporis [...]de cordis, ſicut Apoſtolica doctrina tradidit, dicens [...] corda eorum. Et alibi: Saluos facit baptiſma, non [...] ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum [...] *tentiarum Proſper. & habetur ibidem: Verus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptiſmate ſuſcepiſtis, moneo, vt nos cognoſcatis fideiuſſores, apud Deũ extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere: ideoq; ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant. Ante omnia Symbolum & orationem Dominicam & vos ipſi tenete: & illis, quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite. *Aug. in ſermone poſt paſcha, qui incipit, Hodiernus dies, & hab. ibidem: Vos ante.*

Veniſti ad fontem, ingreſſus es, conſidera quid videris, quid locutus ſis diligenter, repente occurrit tibi Leuita: occurrit tibi Presbyter, vnctus es quaſi athleta Dei, vt ad baptiſmum catechumenus accedas. *Ambroſ. lib. de Sacramentis, & habetur ibidem: Veniſti.*

Per aquam baptiſmi, tranſitus eſt de terrenis ad cœleſtia. Ideo paſcha tranſitus dicitur: hic tranſitus eſt de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad ſanctificationem. Qui per hanc aquam tranſit, non moritur, ſed exurgit. *Idem libro de Sacramentis & habetur de Conſ. diſt. 4. Per aquam.*

Venit ſacerdos ad fontem, dicit preces, inuocat nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti, vtitur verbis cœleſtibus: cœleſtia ſunt verba, quæ Chriſti ſunt: præſentia Trinitatis adeſt, operatur ſermo æternus, vbi deſcendit Spiritus ſanctus, primo quaſi columba deſcendit, vt increduli vocarentur ad fidem. In principio ſignum debuit eſſe, in poſterioribus perfectio. Apoſtolis enim Spiritus S. datus eſt in igneis linguis, propter incredulos: nobis autem iam in plenitudine Eccleſiæ non per ſigna, ſed per fidem veritas colligenda. *Idem ibidem: Venit.*

Emerſiſti, veniſti ad Sacerdotem: quid tibi dixit? Deus (inquit tibi) Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, concesſitque peccatorum tuorum veniam, ipſe te inungat in vitam æternam. Vide vbi inunctus es, in vitam æternam, inquit. *Idem ibidem: Emerſiſti.*

Accepiſti poſt baptiſmum veſtimenta candida, vt eſſet indicium, quod exueris voluptatem peccatorum, & indueris innocentiæ caſta velamina. *Idem ibidem, Accepiſti poſt.*

Non ſanat baptiſmus perfidorum, non mundat, ſed polluit. Qui ex hac aquarum ad Dominum non approximabunt, quia vt per Apoſtolum dicit: Quicquid non ex fide eſt, peccatum eſt, & ipſis ... & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt, ſed & ad iudicium. *Ambroſ. de initiandis rudibus, & habetur 1. q. 1. Non ſanat.*

Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei, qui à gratia Dei in baptiſmate non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod, ſed ſolam fidem: & omnia gratis condonat. *Ambroſ. ſuper epiſt. ad Romanos, & habetur de Conſe. diſtinct. 4. Sine pœnitentia.*

Parturientem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, ſi periculo mortis vrgetur, vel ipſa eadem hora qua gignit, vel eadem hora natum eſt id, quod gignitur, nullo modo prohibetur. ... adhuc tempus ad præbendum redemptionis myſterium ..., interueniente paululum mora, inueniri non valeat qui ... *Gregor. in quæſtione 10. Aug. Canthuar. & hab. diſtin. 5. ...*

De trina immerſione baptiſmatis nil reſponderi verius poteſt, quam quod ipſi ſenſiſtis: quia in vna fide nil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignificamus: & dum tertio infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimitur. *Greg. Leonardo, & hab. de Conſ. diſt. 4. De trina.*

b Sententiae Poeticae.

Iacob. Billius in Antholog. Sacra.

Si mundo moritur diuino fonte renaſcens,
Fitq; nouus vita, qui ſepelitur aqua:
Non ſunt fraudati ſacro baptiſmate Chriſti,
Font quibus ipſa ſui ſanguinis vnda fuit.
Et quidquid ſacri fert myſtica forma lauacri,
Id totum impleuit gloria martyrij.

Aurel. Prudentius Hym. 6. Cathime.

Hic præpotens cruenti
Extinctor Antichriſti,
Qui de furente monſtro
Pulcherum refert trophæum.
Quam beſtiam rapacem
Populosq; deuorantem,
Quam ſanguinis charybdim
Ioannes execratur.
Hæc nempe, quæ ſacratum
Preferre nomen auſa,
Imam petit gehennam,
Chriſto perempta vero.

Idem. Ibidem.

Cultor Dei memento,
Te fontis & lauacri.
Rorem ſubiſſe ſanctum:
Te Chriſmate innouatum.

Similitudines.

Chryſoſtomi: ſicut pictores in tabulis pingendis, primo albas circumducere lineas, omni libertate ſolent, repingunt, corrigũt, priuſquam colores ſuperinducant: Ita in eo qui ex paganiſmo ad Chriſtianiſmum Iudæus venit, antequam adhibeatur vera ſpiritus tinctura (quæ fit per baptiſmum) male inſitas conſuetudines oportet delere. *Homil. 21. ad populum Antioch.*

Quemadmodum impoſſibile omnino erat, per mare rubrũ pertranſire, niſi miraculo facta via fuiſſet: Sic à priore vita ad cœlos cõſcendere, ſine medicatione baptiſmi non poſſumus. *Homil. 4. in Matth.*

Quemadmodum ignis ſi metallorum terram attigerit, eã quamprimum aurum reddit: Sic & longe magis pro luteis aureos eos baptiſma facit, quos abluerit, cum Spiritus ſanctus tanquam ignis in ipſa hora animos noſtros ingrediatur, & terrena abſumpta ſimilitudine, cœleſtem illam nouam & claram, tanquam ex fornace fulgentem referat. *Hom. 9. in Ioan.*

Arbores quæ inſtitutæ ſunt, & cæteram habuerunt diligentiam agricolarum adhibitam manibus atque laboribus, ſi nullam referant laborum viciſſitudinem, radicitus euulſæ, igne tradentur: Tale quiddam in cauſa contigit baptiſmatis. Cum Chriſtus nos inſtituerit, & irrigatione ſpirituali potiti fuerimus, ſi inde fructum nullum afferamus, ignis nos expectabit gehennæ, & flamma inextinguibilis. *Hom. 20. ad Hebræos.*

Damaſceni: quemadmodum circumciſio non vtile membrum amputat corporis, ſed ſuperfluitatem inutilem: Sic per baptiſma ſanctum à peccato circumcidimur. Manifeſtum autem, quod peccatum ſuperfluitas concupiſcentiæ eſt, & non neceſſaria concupiſcentia. *lib. 4. c. 26. Orthod. fid.*

Baſilij, quomodo mare baptiſmi typum gerens ſeparat à Pharaone, ſic & lauacrum hoc à diabolica tyrannide. Illud quidem occidit hoſtem in ſeſe: moritur & inimicitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exiit illæſus: aſcendamus & nos ab aquis tanquam ex mortuis viui, ſeruati per gratiam eius qui vocauit nos. At vmbra quam fecit nubes, figura eſt de vi proficiſcente à Spiritu ſancto, quæ flammas cupiditatum mortificando membra refrigerat. *De Spiritu S.*

Theophylacti. quemadmodum argentum ſoli obiectum, ex ſolis occurſu micantes radios in ſolẽ ipſum reflectit: Sic & nos baptiſmo accepto purgati per ſpiritum, & huius ſplendore denique illuſtrati, fulgorem & ipſi ſpiritalem quendam ex aduerſo remittimus, eandemq; imaginem à ſpiritus gloria in gloriam noſtram, & claritatẽ transferimus, & talem inquam imaginem, qualem decens eſt, vt is ſortiatur, qui à ſpiritu Domini nulli rei obnoxio lucem acceperit. Dominus enim ille cum ſit, & regium habet ſplendorem, fideles autem omnes baptiſmi gratia Spiritu ſancto opplentur, & illarum eſt fulgentior anima: quandoquidem & Moyſes Dei gloriæ fulgore inſpecto, in eius gloriæ imaginem eſt transformatus: hoc eſt, & ipſe diuinæ gloriæ & ſplendoris participauit. Huius & facies reſplendebat, cum ipſe noſtri præferret figuram. *In 2. ad Corinth. cap. 3.*

Cypriani, quod ſi aliquis in illo mouetur, quod quidam qui ægre baptizantur, ſpiritibus adhuc immundis tentantur, ſciat diaboli nequitiam pertinacem vſque ad aquam ſalutarem valere: in baptiſmo vero omne nequitiæ ſuæ virus amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, ac in perfidia ſua demoratus, tam diu reſiſtere potuit, & præualere, donec ad aquam veniret, quo cum veniſſet, & victus eſt, & extinctus, *Epiſt. ad Maximum.*

Sicut ſcorpii & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati, præualere non poſſunt, aut ſua venena retinere: Sic & ſpiritus nequam, qui ſcorpii ac ſerpentes appellantur, & tamen per nos data à Domino poteſtate calcati, permanere vltra non poſſunt in hominum corpore, in quo baptizato & ſanctificato incipit Spiritus ſanctus habitare. Hoc denique & rebus ipſis experimur, vt neceſſitate vrgente in ægritudine baptizati, & gratiam conſecuti careant in mundo, quo antea mouebantur, & laudabiles in Eccleſia viuant. *Lib. 4. epiſt. 7.*

D. Hieronymi, cruenta infantium corpora ſtatim vt emittuntur ex vtero, lauari ſolent: Ita & generatio ſpiritualis lauacro indiget ſalutari. Nullus enim mundus à ſorde, nec ſi vnius quidem diei fuerit vita eius. *Lib. 4. Ezechiel. cap. 16.*

Et germinabant inter herbas, quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Comparat in baptiſmate renaſcentes herbis virtutibus & ſalici, quæ iuxta fluentes aquas oritur, & contra rerum naturam affert fructus, quæ prius ſterilis erat, vel cuius ſemẽ in cibo ſumptum ſteriles facit. *In cap. 44. Iſaiæ.*

De arca coruus emittitur, & non rediit, & poſtea pacem terræ noſtræ columba Spiritus ſancti nunciat: Ita & in baptiſmate Eccleſiæ, deterrimo alite expulſo, ideſt, diabolo, pacem terræ noſtræ columba Spiritus ſancti nunciat, *Contra Luciferianos.*

D. Auguſtini. Ita fit, vt quum paradiſi aqua ſit extra paradiſum, beatitudo tamen non ſit niſi intra paradiſum. Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam: munus autem bonæ vitæ & beatæ non niſi intra Eccleſiam reperitur. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 1.*

Sicut præceſſit fidei iuſtitia in Abraham & acceſſit circumciſio,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſignaculum iuſtitiæ fidei: Ita in Cornelio præceſſit ſanctificatio ſpiritalis in domo Spiritus S. & acceſſit ſacramentum regenerationis in lauacro baptiſmi. Et ſicut in Iſaac, qui octauo ſuæ natiuitatis die circumciſus eſt, præceſſit ſignaculum fidei iuſtitiæ: & quoniam patris fidem imitatus eſt, ſequuta eſt in creſcente ipſa iuſtitia: Ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis ſacramentum, & ſi Chriſtianam tenuerint pietatem, ſequitur etiam in corde conuerſio, cuius myſterium præceſſit in corpore. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, c. 24.*

An ſolis, vel etiam lucernæ lux, quum per cœnoſa diffunditur, nihil inde ſordium contrahit: Et baptiſmus Chriſti poteſt cuiusquã ſceleribus inquinari? *Lib. 3. contra Donatiſtas de Baptiſ. c. 10.*

Vt ſordes corporeas aqua, ita ſpiritus animam abluit à peccatis. Et mox ibidem: Ait ergo Dominus ad Nicodemum ſuadendo illi: Spiritus vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde venit, aut quo vadat: Sic eſt omnis qui renaſcitur ex aqua, & Spiritu ſancto vt quomodo vox aduenientis ſpiritus, id eſt, venti, auditur quidem, non autem videtur, ſicut dictum eſt: Sic & ratio baptiſmi. Auditur quod dicatur, tamen quomodo per ſpiritum fit, non videtur: auditur tamen, cum quid futurum eſt, ab eo qui verba inſinuat, prædicatur: vt fieri credatur, quod auditur, non tamen ratio facti reddatur. *Lib. Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti, quæſt. 59.*

Theoduli Celæ Syriæ presbyteri, quemadmodum Chriſti crucifixi corpus tumulatum, adeoque in terram ſepultum, ſalutem mundo protulit: Sic & noſtrum corpus per baptiſma ſepultum, iuſtitiam produxit nobis ipſis. *In ſextum caput epiſtolæ Pauli ad Romanos.*

¶ Biblica Exempla.

Baptiſmatis exempla: Chriſtus. *Ioan. 4. v. 1. 2.* Petrus. *Act. 10. 48.* Ioannes Baptiſta, *Matth. 3. v. 3. 6. 13. 14. Marc. 1. 4. Ioan. 1. 33. & 3. 23. & 10. 40. Act. 19. 4.* Diſcipuli. *Ioan. 3. 22. & 4. verſic. 1. 2.* Petrus, *Act. 2. v. 38. 41. & 10. 47.* Philippus, 8. *ver. 12. 37. 38.* Ananias, 9. 17. Paulus, & Silas, 16. *v.* 15. 33. Paulus, 18. 8. *&* 19. 4. 1. *Corinth.* 1. 10. Baptizati accipiunt Spiritum ſanctum, *Act. 2. 38. &* 19. 3. induunt Chriſtum. *Galat. 3. 27.* Baptizatur Simon Magus, *Act.* 8. 13. Eunuchus, *verſic.* 38. Cornelius, 10. 47. Baptiſma Ioannis vnde, *Matth. 21. 25. Marc. 11. 30. Luc. 20. 4.* Baptizare ſe miſſum eſſe quo cenſu neget Paulus, 1. *Cor. 1. 17.*

¶ Exempla Historica.

Victor Pp. quauis materia baptiſmum poſſe miniſtrari ſtatuit. *Platina.*

In primitiua Eccleſia adulti, dum dies baptiſmo ſtatutos expectabant, de myſteriis religionis erudiebantur, ac ob id catechumeni dicebantur, quod *κατηχεῖν* Græce, ſit voce erudire.

Piriſſæ ciuitatis Pomeraniæ incolas, qui de vera ſe doceri expetebant religione, Otho Bambergenſis epiſcopus cum ſacerdotibus & clericis ad eam rem idoneis, ſeptem diebus catechizauit, & in fide Chriſti inſtituit: tandem indicto trium dierum ieiunio, iuſſit vt corpora ſua balneis mundarent, ſicque loti, albisque veſtibus induti, mundo corpore & caſto corde ad ſanctum ſe baptiſmi ſacramentum præpararent. *Hiſt. Bambergenſis.*

Ætiani hæretici caput ad pectus vsque ſemel in aquam intingebant. *Euſeb.*

Lituani Iagellonis regis Polonorum ſtudio ad religionem traducti, dum baptizarentur, per turmas diuiſis nomina populariter impoſita fuere viris & mulieribus. *Cranzius lib. 10. Vandaliæ capit. 32.*

Apud Indos Chriſtiani pueri infantes nullo modo ante quadrageſimum diem, niſi periculum aliquod impendere eorum vitæ perſpectum fuerit, ſacris aquis expiantur. *Oroſius lib. 3. rerum Em.*

¶ Scriptores.

De Baptiſmo vel Baptiſmate, *Baſil. Mag. libro 2. Aurel. Augu. contra Donatiſtas. Lumen animæ, parte 2. c. 26. Rampigel. c. 21. Pechanus l. 4. c. 28. Gortenſis Tranquilli Concio Damaſcen. l. 4. Lomb. 4. 2.* De forma Baptiſmi. *Idem ibidem. Item* 4. 4. De baptizatis apud hæreticos. *Cyprianus Carthag. Ep. 1. 12 & 2. 1. Eiusdem de baptizandis hæreticis Epiſtolæ tres ad Iubaianum, Pompeium, & Quintinum.* De Matrimonio poſt baptiſmum, *Hiero. Trid. Tom. 2.* De vnctione baptizatorum, *Eutropius Epiſc. Polydor. Verg. 5. c. 3.* De cauſa inſtitutionis Baptiſmi, *Lombar. 4. 3.*

Barba.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Barba, *πωγὼν*, Græcis Barbitium eſt: ſed & appellatione eadem Trœzeniorum portus. Vnde per iocum barba rariore hominibus inſuſurrabatur. *ἐς τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν. Cæl. Rhod. Antiqu. lect. l. 3. c. 25.*

Barba à veteri voce Baro, quæ virum ſignificat, dicta eſt. *vet. Gloſſarium.* Hinc *Iſidorus l. 11. orig. c. 1.* inquit: Barbam veteres vocauerunt, quod virorum ſit, non mulierum. Et in ſin[illegible] numero hominum, plurali vero quadrupedum d[illegible] *Honor. Verg. interpres.*

Barba, Hebr. *Zakan*, à verbo *Zaken*, ſenuit, ſenes f[illegible] nem habet cum *Zinnek* id eſt, proſiluit: nam ſenes d[illegible] in dies multos proſilierunt, ſenium vero barba produ[illegible] mologic. trilingue Lugd.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. lib. 13. Metamorph.

Nec mea quod rigidis horrent denſiſſima ſetis
Corpora turpe puta: turpis ſine frondibus arbor,
Turpis equus niſi colla iubæ pendentia velent.
Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decori eſt;
Barba viros hirtæq; decent in corpore ſetæ.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Barba non pari modo omnibus effunditur, nam [illegible] xillæ, quam miſtax, & mentum priorum frequenti[illegible] liis mentum leue, & miſtax maxillæ piloſæ cernunt[illegible] *ani. 3. c. 11.*

Barbam cum primo cœperint iuuenes emittere, [illegible] ſa propter humiditatis paruitatem, quæ in ipſis de[illegible] *color. cap. 6.*

Barba quæ eſt in corpore, eſt reſolutio calidi, quo[illegible] re, *Auer. poſter. 2. c. 6. t. 54.*

¶ Apophthegmata.

Ariſtippus. Dionyſii quæſtor, nomine Simus, o[illegible] ſtendit Ariſtippo ſuas ædes vndiquaque ſplendid[illegible] mento pretioſis teſſellis conſtrato. Itaque omnibus [illegible] Ariſtippus ſputum oris reiecit in barbam Simi, & o[illegible] hoc colore ſe excuſauit, quod in tota domo nihil v[illegible] endum oris recrementum opportunius. Innuens [illegible] hil eſſe fœdius, aut immundius, barbari facie, cu[illegible] partem oportuerit eſſe mundiſſimam. Quanquam h[illegible] gis quadrat in Cynicum aliquem, quam in Ariſtipp[illegible] aſcribatur. *Laer. l. 2. c. 8.*

Anonymus. Lacon quidam ſenex interrogatus [illegible] ſtaret ſyluoſam ac promiſſam: Vt, inquit, intuens c[illegible] committam illis indignum. Vir bonus vndecunque [illegible] los ad virtutem. *Plut. in Lacon.*

Lycurgus. Spartanis ſtudio eſt, alere comam, & [illegible] narrant Lycurgum reddidiſſe rationem. Quoniam [illegible] formoſis addit decorem, deformes vero reddit h[illegible] res. Vt enim decet coma ſpecioſos, ita minus [illegible] horrorem ac ferinum quiddam conciliat. Capill[illegible] ornatus, minimoque conſtans, hoc genus non d[illegible] vt quod nec operoſis artibus conſtaret, nec pro [illegible] induceret. Adſcititium cultum, magnoque parand[illegible] probauit. Quo magis deteſtanda eſt quorundam [illegible] qui corporis eas partes vellunt raduntque, quibu[illegible] dit non tantum ad decorem aut verecundiam, ver[illegible] endam valetudinem: contra illic eliciunt ſyluam [illegible] ra voluit eſſe glabriciem. *Plut. in Lacon.*

Nicander Spartanus percontanti, quare Lace[illegible] alerent? Quoniam, ait, hic ornatus, cum ſit homi[illegible] cherrimus ac proprius, nullo omnino conſtat ſu[illegible] *apoph. Lacon.*

Demonax cuidam percontanti, quam philoſo[illegible] tiſſimum amplecteretur? Quis, inquit, tibi indica[illegible] loſophum? Moxque vehementer ſecum ridens, [illegible] tus quid rideret? An non magnopere ridiculum, [illegible] barba iudicas philoſophum, ipſe barbam non h[illegible] *apoph.*

Dionyſius Epidauri Æſculapio auream detra[illegible] negaret decorum, patrem Apollinem imberbem, [illegible] horrida barba veſtitum conſpici. Æſculapius [illegible] filius: Apollinem autem ſemper imberbem [illegible] poetica, per Æſculapium barbatum ſignificans [illegible] vſum & experientiam in medico conſiderari. *M*[illegible] *l. 1. c. 1.*

Alexander, quodam tempore cum omnibus a[illegible] tis interrogaretur: Nunquid aliud præter hæc fie[illegible] quit, niſi vt Macedonum barbæ radantur. Hoc dict[illegible] let, admirante Parmenione: An neſcis, inquit, in p[illegible] ſam meliorem eſſe, quam barbę? ſignificabat, co[illegible] dum: in quo genere certaminis barbæ officiunt: [illegible] facillime poſſunt apprehendi. *Plut.*

Hieronymus Rhetus, Gymnaſii Baſilienſis a[illegible] profeſſor, interrogatus, cur tam promiſſam aler[illegible] dit, vt intuens hos capillos, me non mulierem, ſe[illegible] ligam. Barba enim ornat virum & admonet, vt [illegible] nora fortius aggrediamur. *Lycoſth.*

¶ Exempla Sacra.

Barba non tondenda Leuiticis ſacerdotibus, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN